

¶ Et Sixtus. 4. concessit Fratribus Ordinis Minimorum auctoritatē confessiones audiendi, & ab omnibus casibus excommunicationis, suspensionis, interdicti, ac super quacunq; irregularitate Ordinario [tam à iure quàm ab homine] reseruatis, totiens quotiens opus fuerit, absoluedi, & dispensandi, ac vota quęcunq; permutandi, & relaxandi & pœnitentiam salutarem iniungendi, sicut potest Diœcesanus. Ex Compendio, ver. Absolutio, quo ad seculares. i. §. 20. & in Compendio Archiepiscopi num. 19. ¶ Circa quam concessionem est aduertendum, q̄ licet Collector Compendij dubitet eiusmodi auctoritatem extendi etiam, ad seclularium vota. Nihilominus tamen tenendum est, prædictam facultatem ad seculares etiam & eorum vota extendi & protrahi, vt patet ex Iulij. 2. concessione, quę habetur in Supplemento. fol. 11. concessione. 36. De qua re videatur noster Emanuel in Explicatione Cruciatę §. 9. num. 140. 141. & 142. Et in Additionibus ad. §. 9. num. 120. fol. 169. Videatur etiam Henricus, loco præallegato, num. 5. vbi hanc refert Sixti. 4. concessionem, per quã Prelatus Minimorum [seu qui communicat

¶ § § § § § illorum